

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Peccatum a
cum fonte primo

Si queratur a me utrum homo sine peccato potuit esse in hac uita, confiteor posse per Dei gratiam et liberum eius arbitrium.

Augustinus in libro de baptismo paruulorum.

in hac quadripertita propositione quaestionum
si a me quaeratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac uita, confitebor posse per dei gratiam et liberum eius arbitrium,
ipsum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc est ad dei dona, pertinere non ambigens, nec tantum ut sit, uerum etiam ut bonum sit, id est ad facienda mandata domini conuertatur atque ita dei gratia non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuuet etiam, ut possit fieri quod ostenderit.

Augustinus Hipponensis, *De peccatorum meritis et remissione et de baptismo paruulorum*, 2, 6, 7 (CSEL 60, K. Urba & J. Zycha eds., p.77, ll.16-23).